Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Avrigera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

Visual Library

GA-RUM-NA. Virginis, quod à Quoſalio Gabalorum, erumpit Tarnis ex alta & nigra rupe, cui nomen eſt *Tarni*. Idem Auſonius Paulino Epiſtola 8. loquens de Philone provocatore ſuo. *Adit inquilinos, rura, vicos, oppida ſolo & ſales commercio acutis, phaſellis, lintribus ſtatis rate Tarnem & Garumnam permeat.*

AURIGERA.

La Riege, r. AURIGERA fluvius Pyrenæorum nobiliſſimus dici poteſt, quia ab auro gerendo aureum nomen habet. Ex hoc enim pellucidæ ex auro cruſtulæ arenæque aureæ eruuntur, ex quibus incolæ ſecundum ripam fluminis ſordibus elotis, & deterſa fæce, aurum puriſſimum conflant: quòd ſi in munitiores partes diſtractum fuerit, argento vivo in unum colligunt. Hinc non minimus quæſtus vicinis agricolis, qui tamquam in volvendis Tagi Hiſpanici amnis

aureis arenis operam elocant, quod GA-
in Tarnis, Oldi, & Garumnæ RUM-
fluentis videre licet. Abundat hic NA.
fluvius inſignibus tructis, quæ ſapore & purpureis maculis, ſalmonibus bonitate & guſtu non cedunt: nec deſunt alauſæ, alburni, & alii minutioli piſces, quibus incolæ veſcuntur. Aurigera igitur Pyrenæo
per vallem *Merigniam* enatans, *Meri-*
in campos Fuxenſes deſcendit. *Fu- gnes.*
xum à Petrarcha ſic appellari notiſſimum eſt, & ab Annali Albienſium, quem Petrus Sernenſis hiſtoricus ſcripſit. Pervagatus autem
aliquot viculos, *Aquas* oppidum *Acqs.*
alluit. Dein emenſo aliquot milliarium ſpatio non ignobile Fuxenſis oræ oppidum præterfluit, cui
proximè ſuccedit *Fuxum* oppi- *Foix,*
dum, totius provinciæ & præfecturæ judicialis ſedes. Nec pro-
cul viſitur ſacra *Montis Gau- Mont-*
dii Baſilica à Carolo magno, *gauci.*
ut aiunt, inſtituta, multiſque donariis & redditibus ornata, quæ poſteà Voluſiani corpore in eam vrbem tranſlato ſtudio & diligentiâ Rogerii ſecundi

GA-RVM-NA. Fuxenſium Comitis multùm inclaruit. Bartaſius in novem Muſis Pyrenæis.

François arreſte-toy, ne paſſe la campagne
Que nature mura de rochers d'un coſté,
Que l'Auriege entrefend d'un corps precipité,
Campagne qui n'a point en beauté de compagne,
Fleuve d'or, & de flot, & de nom, & de ſable,
Riche en grains, en paſtel, en fruits, en vins, en bois,
Auriege au viſte cours, clair ornement de Foix,
Qui rends par ton tribut Garonne navigable.

A Fuxo Aurigera modicè ſe laxat, & per lætiſſima agrorum ſata fluens, *Apamiam* tandem illabitur Epiſcopali dignitate nobiliſſimam, & à Bonifacio octavo, vt Nangius historicus annotavit, amplificatam. Inde liquidus & ſuas duntaxat vndas trahens, tria oppida *Savardunum, S. Gavellam, Altamque ripam* reficit, à quorum

Pamiers

Savardum.

S. Gavelle.

Haulte-rive.

vltimo navigio ſit patiens, quibus omnis generis fruges & merces Tholoſam exportant: vnde ſedato curſu circumjectans, regionem peragrans, in finibus viculi Sanctæ Crucis duobus à Tholoſa milliaribus Garumnæ miſcetur, poſitiſque faſcibus & nomine, imperium Garumnæ tamquam principis libenter agnoſcit: etſi nullum apud veteres Chronographos, vt Melam, Solinum atque alios, nomen habet. GARUMNA.

ATYRVS.

ATVRRVS ſive ATYRVS, à Lucano & Auſonio vocatur, & à Vibio Sequeſtro in libello ad Virgilianum filium, Atyr, cùm ait; *Atyr Tarbellæ civitatis Aquitaniæ in Oceanum fluit.* Lucanus quidem his verſibus libro primo de bello Pharſalico. *la Doure- r.*

——— tunc rura Nemetis
Qui tenet & ripas Atyri, qua littore curvo